

TRACTATUS
DE IVRE, ET PRIVILEGIIS
HONESTATIS

In Duodeviginti Articulis distributus,
QUIBUS VNIVERSIM HONESTI
ius, ac quod ad singulos personarum sta-
tus pertinet explicatur.

OPUS V. I. STUDIOSO LECTORI,
*ac tam in scholis, quàm in foro versanti-
bus haud iniucundum, nec
infructuosum.*

Authore BENEDICTO Ægidio, Lusitano,
patria Pace Iulia.

*Venerunt autem mihi omnia bona pariter cum illa,
& innumerabilis honestas per manus
illius. Sapient. 7.*



COLONIAE AGRIPPINAE,
Apud PETRUM Henningium,
in Cuniculo, ANNO M. DC. X.

Libro: Beneficentia

AD BEATISSIMAM
VIRGINEM MARIAM.

Dedicatoria oratio.



ONESTVM sanè, & iustum erat, tractatũ de iure, & priuilegijs honestatis, illi offerre, quæ singularibus honestatis prærogatiuis inter omnes excellit, omniũ hone-

stissima foeminarũ, honestarũ decus, & decor honestatis; quæ lucidũ virginum speculum, pudicitiaẽ viuum exemplar, honestatis præclarum incitamentum est; quæ flos virginitatis, lilium castitatis, & rosa puritatis est; quæ honestatis maxima cultrix, assidua è cælo faulrix, vberrima in terris est germinatrix; quæ casta semper mente & corpore, honesta decoro vultu, honesto vultu pulcherrima est. Cui ergo potiùs quàm tibi, ó singularis Virgo, præsens *De honestate opusculum* dicari debuit, quæ tot, ac multò pluribus honestatis nominibus decorata es, tot insignita prærogatiuis,



S V M M A R I A

I N I T I I.

I.



HONESTATIS *etymo-*
logia, & lata significatio, ac
secundum eam eiusdem
diffinitio assignatur.

2. *Honestas in presenti tra-*
ctatu non accipitur in lata sig-
nificatione, secundum quam intelligitur de honorabili
quoniam statu, sed accipitur prout est virtus pertinens
ad castitatem, in qua significatione diffinitur.

3. *Honestatis diffinitio explicatur, & traditur ho-*
nestatem etiam de coniugatis predicari, prout de his
qui calibem vitam agunt. Et traditur differentia inter
honestatem, & castitatem, ad conditionem, si caste
vixerit, aut, si honeste vixerit.

4. *Declaratur iuris preceptum honeste viuendi, ad*
intellectum l. iustitia §. 1. ff. de iustit. & iur. & §. iuris
precepta. instit. eod. titul.

5. *Explicatur t. erit autem lex 4. distinct. & tra-*
ditur morum honestatem legi inesse, ut principale re-
quisitum illius. Et num. 12. versicul. Atque ita.